

Prologi Sententiarum.

perit attem non ita erabitur. Ita potest diligere Medicina in speculacionem, que scilicet est de universalibus causis, & curis, que cognitio est remotor a praxi elicenda: & in practicam, que est de particulis, & propinquioribus praxi, & immediatis conformibus praxi. Tamen tecundum veritatem illi universaliter (que in comparatione dicitur speculativa) est simpliciter practica, quia virtualiter includit illam particulariter formaliter conformem praxi. Ad aliam de bonitate, & malitia, dico, quod non enim actus bonus est primo bonus a circumstantia finis: immo est aliquis bonus a circumstantia objecti, puta ubi finis est objectum: & ibi circumstantia finis ut objecti primo tribuit recitationem actu. Ille enim actus ex objecto solo, est simpliciter bonus, ut *amore Deum*, sine aliis circumstantiis est simpliciter bonus. Falsum est igitur quod a fine, ut finis est, prout scilicet distinguuntur contra objectum, accipitur primo bonitas actus moralis. Hunc secundo illud est falso: quia actus circa ens ad finem, licet habeat pro una circumstantia finem, tamen ab objecto est aliqua bonitas prior, a qua actus dicitur bonus ex genere. Tertia responsio est dicta de apportione, quia omni circumstantia formaliter circumflet proxim, ut sit bona, non tamen formaliter circumflet intellencionem practicam. Non enim intellectus moderatur, sive modo dicit actum, ita quod distare, circumfletationem hae circumstantiae medicociter; sed intellectus dicit secundum ultimum suum potestum. Est autem illud distare rectum a principio, & principium sumitur a primo objecto.

Contra illud arguitur, quod non fit distinctio per objecta, quia omnes formaliter tales est tales per aliquid sibi intrinsecum: ergo si habitus est formaliter practicus, hoc est per aliquid sibi intrinsecum, & hoc non est objectum: ergo, &c. Exemplum, Sol non est formaliter calidus, licet sit virtualiter calidus. Praterius, objectum non est distinctivum habitus, nisi ut causa efficientia: causa autem efficientia non distinguunt effectus specie, quia a causa diversis specie potest esse idem effectus species, sicut calidum idem species generatur univoco, & aequivoce, ab igne & ab Sole. Ad primum dico, quod esse practicus dicit aliquid intrinsecum notitia, sicut respectus astrictionalis est intrinsecus fundamento: & quod notitia aliqua sic sit apta nata referri, hoc est per naturam intrinsecam notitia, quam naturam habet ab objecto, ut a causa extrinseca. Dico ergo, quod habitus est practicus per intrinsecum, ut per causam formalem: & per objectum, ut per causam efficientem. Ad secundum dico, quod licet a causa efficientia ordinatis, quarum una est univoca, altera aequivoce, potest esse effectus unius rationis, sicut exemplificatur de calore: ramen quando causa efficientia proxime ejusdem ordinis ad effectum causans aliquam, in quantum ipse causa sunt distinctae, maxime si utraque sit univoca effectus, sive aevocatione completa, sive diminuta: non potest a causa talibus diffisi est esse effectus unius rationis. Aevocationem completam dico, quando est similitudo in forma, & in modo effendi forma diminutam, quando est similitudo in forma, licet habeat aliun modum effendi: quomodo dominus extra, est a domo in mente: unde & generationem istam vocat aliquo modo Philosophus univoca 7. Metaph. Quia igitur objectum est causa proxima respectu notitiae,

Questio Prima.

tice, & univoca, licet diminutus; sequitur quod distinctione formalis objectorum, (a) cum causent notitias, in quantum ipsa sunt distincta, necessario concludat distinctionem formalem noticiatum,

DISTINCTIO PRIMA.

CIRCA istam primam distinctionem, in qua Magister tractat de *Frui*, & *Uti*; queruntur novem, quorum duo sunt de objecto frui, alia duo de ipso frui in se, & quinque de ipso fruente. Primo queritur de Objecto iussus frui, & ceteris.

QUESTIO I.

Utrum per se Objectum fruitionis sit finis ultimus?

ET arguitur, quod non. Quia secundum August. 83, bona q. 30, fruendum est bonis inviolabilibus, sed plura sunt inviolabilia, ergo non est fruendum tantum ultimo fine. Item, Capacitas fruens est finita, quia natura subjecti est finita: ergo capacitas illa potest satiari aliquo objecto finito: sed fruendum est quoquefratiane capacitatem fruens, ergo, &c. Item aliquid est maius capacitate anima, ut Deus, qui sufficit sibi ipse, & aliquid est minus capacitate eius, ut corpus: ergo aliquid est medium, scilicet aquale capacitatib; eius, illud est minus Deo, ergo, &c. Item, firmius assentit intellectus aliu vero, quam primo vero: ergo a humili, intensius potest voluntas afflentre alii bono, quam primo bono. Item: Quacunque forma naturalis satiat capacitatem materialis: igitur quodcumque objectum satiat capacitatem potentiam. Consequenter probatur, quia potentia per formam in ipsa receptam, respicit objectum, & ita si forma una recepta latet appetitum intrinsecum, sequitur, quod objectum, quod respicit appetitum per istam formam, etiam latet appetitum extinsecum, seu terminativum. Antecedens probatur, quia si aliqua forma non satiates, ergo stante ista forma, materia includiverit ad aliam naturaliter, & per consequentem sub ista quiesceret violenter, nam quodcumque probabile aliquid ab illo, ad quod est inclinatio ipsius, est violentum sibi, sicut apparet de quiete gravis extra locum suum. Ad oppositum est August. primo de Doctr. Christiana cap. 1. Res, quibus fruens est, sunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & hi tres sunt una res: ergo, &c.

Ad istam questionem primo distinguunt de fruitione ordinata, & in communis sumpta. Secundo dicunt de objecto fruitionis ordinata. Tertio de objecto fruitionis in communis. Quarto quoniammodo sit intelligendu m fruitionem esse circa finem, ut vere ultimum, ut in secundo articulo, sive non vere ultimum, ut in tertio articulo.

De primo dico, quod fruatio in communis excedit fruitionem ordinatam, quia quoniammodo potentia non determinatur ad actum ordinatum esse, & actus ejus in communis universaliter est actus ejus ordinatus: volunt-

tas autem non determinatur ex se ad fructum ordinatum, quod patet; quia *summus perversitas est in fructu utendis secundum August. 83, questionem q. 30. ergo, &c.* Est autem fructus ordinatus a qualitate nata est esse recta, quando fit sequitur ordinatum secundum circumstantias debitas; fructus autem in communione est, sive habent illas circumstantias, sive non.

Quantum ad secundum videtur esse opinio Avic, quod ordinata fructio, potest esse circa aliud a fine ultimo, quod probatur ex dictis eius. *Metaph. cap. 4.*, ubi vult quod intelligentia superior per actum suum intelligendi, producit inferiorem: tunc autem vi letori productum esse perfectum, quando attingit summum principium productivum, secundum illam propositionem 35. Proculi, quod unumquidque nostrum est converti ad illud, a quo procedit. In tali autem redditu videtur esse circulus complectus, & ita perfectio: ergo intelligentia producta perfecte quietatur in intelligentia producente.

Contra istud, Potentia non quietatur nisi ubi est objectum suum perfectissimum, & in finimo: objectum potentie fruens est ens in communione secundum Avicen. *I. Metaph. cap. 5.*: ergo non quietatur potentia fruens, nisi ubi est perfectissimum ens, hoc est, suum summum cancum. Item potentia, qui inclinatur ad multa objecta per se, non quietatur in aliquo uno perfecte, nisi illud includat omnia per se objecta, quantum possunt includi in aliquo uno: sed potentia fruens inclinatur ad omnem ens, sicut ad per se objecta; ergo non quietatur in aliquo uno ente, nisi illud includat omnia entia, quantum possunt includi in aliquo uno: possunt autem tantum perfectissime includi in uno ente infinito: ergo potentia potest tantum quietari ibi in summo. Item, Intelligentia inferior videtur supererem, aut videt eam esse finitam; aut credit eam esse infinitam, aut ne videt eius finitatem, nec infinitatem. Si credit eam esse infinitam, ergo non beatificatur in ea: quia statim nihil potest dici, quoniam quod fallit opinione anima: sic beata, secundum August. 1. de Gvo. Dei, cap. 4. Si autem nee videt eam finitatem, nee infinitatem, non videt eam perfecte, nec sic est beata. Si autem videt eam esse infinitam: igitur potest intelligere aliquid posse eam excedere. Ita enim experitur in nobis, quod postulamus apprehendere ultra quocunque bonum, aliud quod ostendatur major bonum, & per consequens potest appetere, vel amare illud magis bonum, & ita non quietatur in illa intelligentia. Item duo rationes eius ad oppositum, quia secunda intelligentia, si concedatur sibi, quod causat tertium, non causat eam in virtute propria, sed virtute prima: ergo non finit eam virtute propria, sed in virtute aliena. Quod autem finit aliquid in virtute alterius finis, ut ultimus finis, non quietat illud, ergo, &c. Alii arguant contra illam opinionem, quia anima imago Dei est, ergo est capax eius, secundum August. 14. de Trinit. cap. 8. (*Ego (inquit) image ejus es, quo ejus capax es,* ejus que participes esse potest). Ex hoc sic, quidquid est capax Dei, per nihil minus Deo fatigatur: ergo, &c. Sed illa ratio non procedit contra Philosophum, quia praemissa assumpta de imagine est tantum credita, non naturali ratione cogitata. Ratio enim imaginis, quam nos concepimus, fun-

fundatur in anima in respectu ad Deum, ut est trinus, & ideo non cognoscitur naturaliter; quia nec extrellum, ad quod est, cognoscitur a nobis natura altera.

Alii arguant (a) contra rationem eius, quia anima immediata creatur a Deo: igitur in Deo immideate quietatur. Sed hujus rationis antecedens est tantum creditum, & negatur ab eo; quia ipse ponit eam immediate creari ab ultima intelligentia, & infinita. Similiter consequentia haec non valit, sicut nec etiam similis consequentia facta pro opin. Avic. Accidit enim quod conjungantur in eodem ratio primi effectivi, & ratio finis. Nec quietat in quantum principium effectivum, sed in quantum objectum perfectissimum, a quo anima sensitiva nostra, que creature a Deo (secundum unam opinionem) non posset perire quietari, nisi, in Deo. (b) In proposito igitur idem est effectus, & finis: quia in efficiente est plenitudo perfectionis objecti, non autem in ratione efficientis, ut efficientis est, includitur ratio finis, vel quietativi. Teneo igitur quantum ad hunc articulum hanc conclusionem, quod fructus ordinata habet tantum ultimum finem pro objecto: quia sicut tantum affectendum est per intellectum primo vero propter se: ita tantum affectendum est primo bono per voluntatem propter se.

De tertio articulo dico, quod objectum fructus in communione est finis ultimus, vel verus finis, qui felicitate ostenditur a ratione errante, tanquam finis ultimus; vel fatus praestitutus, quem felicitate voluntas ex libertate sua vult tanquam finem ultimum. Duo prima membra facit patent. Tertium probo: quia sicut in potestate voluntatis est velle, & non velle, ita in potestate ejus est modus volendi, felicitate refarere, & non referre, quia in potestate cuiuscunq[ue] agens est agere, & modus agendi: ergo in potestate sua est aliquid bonum volle propter se, non referendo ad aliud finem, & ita sibi praestitutio finis.

De quarto articulo, dico, quod ratio finis non est propria ratio objecti fruibilis, nec in fructu ordinata, neque in fructu communione sumpta. Quia non in ordinata patet: tum, quia tunc respectus includetur in objecto beatissimo, in quantum beatissimum. Tum quia iste respectus est ens rationis tantum. Tum, quia, si per impossibile esset aliud objectum summum bonum, ad quod non ordinaretur ista voluntas, sicut ad finem, adhuc illud objectum quietaret, in quo tamen per positionem, non esset ratio finis. Respectu ergo fructus ordinata, ratio finis secundum veritatem concordatur objectum fruibile, vel forte in apprehensione precedit fructum. In fructione inordinata finis apparent, ratio finis concordatur apparente objectum fruibile, & forte in apprehensione pra via precedit fructum elicendam, quasi ratio objecti aliennis. Sed in fructione finis praefixa, ratio finis sequitur actu: quia vel dictum modum actus, vel modum objecti, ut talis finis praefixa actu terminat ipsum actum; quia voluntas appetendo illud propter se tribuit sibi rationem finis.

Ad primum principale argumentum dico, quod fructus accipitur extensis five

five pro amore honesti, difficultate contra amorem utilis, & delectabilis, vel bona honesta dicuntur ibi pluraliter, non propter pluralitatem essentiarum, sed propter pluralitatem perfectionum in Deo fruibilitum. Ad secundum dico, quod relatio aliqua finita necessario est ad terminum, vel objectum infinitum; qui quod est ad finem, in quantum tale, est omnium, etiam acceptum, ut est omnia proximum fini, cum omnibus scilicet, que sufficiunt ad immediate attingendum finem ultimam: & tamen relatio finis, ad quem est illud, immedieate non fundatur, nisi in infinito, & hoc frequenter accidit in relationibus proportionalium, & non finitium: quia ibi prima extrema sunt maxime dissimilia. Ita dico in proposito, quod inter potentiam, & objectum non est relatio finita, sed proportionis, & idonee potest capacitas in natura esse finita, sicut & natura est finita, & tamen esse ad objectum infinitum, sicut ad suum determinatum.

Sicut (a) quocunque ear ad finem, quacunquecumque sit finitum: rursum tamen ad finem ultimum referitur, nisi illud sit infinitum. Contra objectum ad eum, tamen. Respondeo, non ad eum realiter satiat, sed in ratione obiecti, tali adequatio est secundum proportionem, & correspondientiam. Vel alterius dicendum ad secundum, & in idem redit, quod licet appetitus creature, si finitus subiective, non tamen obiective, que est ad infinitum. Et cum arguitur ad adequationem, dicendum, quod duplex est adequatio. Una in cuiuslibet, & hoc requirit similitudinem in natura eorum, que ad quantum, & de hoc verum est, quod arguitur. Alia est adequatio in proportione, quod necessario exigit diversitatem extrevarum. & hoc nullo modo potest adequari. Exemplum de adequatione inter materialm, & formam.

Per idem ad aliud dico: quod nihil est major in ratione obiecti, obiecto proportionato anima: aliquid tamen est major, hoc est, majora modis attingibile, quam posset ab anima attinari, sed ita majora non est in obiecto, sed in actu, quod declaro in exemplo. Si ponatur aliquod album visibile secundum decem gradus, ponatur visus capiens illam albedinem, vel illud album secundum unum gradum, & alius visus, ponatur perfectior idem secundum decem gradus, ita visus perfecte capiet illud album, quantum ad omnes gradus visibilis est eius; ita quod videbit ipsum quantum est visibile ex parte obiecti: & tamen si fuerit tertius visus aut post isto secundo, perfectius videbit idem album unde non erit ibi excessus ex parte graduum obiecti, sed rancum ex parte actus videndi. Ad quantum dico, quod intellectus afflent unicuique vero secundum evidentiam ipsius rei, quam natum est de se facere in intellectu, & non est in potestate intellectus firmius, vel minus firmiter afflent vice versa, sed tantum secundum proportionem ipsius veri, invenientis intellectum: in potestate autem voluntatis est intensius afflent bono, vel non afflent, licet imperfectius viso; ideo consequentia non valit. Ad ultimum dico, quod non quacunque forma satiat appetitum materie totaliter extensive: tot enim sunt appetitus materie ad formas, quorū sunt forme receperibiles iu matere.

ad formas, sed una satias perfectissime, scilicet forma perfectissima; illa tamen non satiat omnes appetitus materie, nisi in illa una forma omnes forme includerentur. Ad propositum dico, quod unus objectum potest includere omnia obiecta aliquo modo, & ideo illud solus obiectum perfecte quietat potentiam, quantum potest quietari sicut fuit argutum in 2. art. contra Auct. non tamen est omnino simile de quiete, inuis, & extra: qui quocunque receperimus quietatur intra aliquo finito, recepto, sed extra sive terminative, non oportet quod finito quietatur, quia ad perfectius extra potest ordinari, quam possit in se recipere formaliter, quia finitum non recipit formam nisi finitam, tamen bene habet obiectum infinitum. Cum probatur, quia qualibet forma quietat materialm suum, quia alter sub quacunque quieteficit violenter. Dico, quod quiete violenta nequam est, nisi quiete determinatae inclinetur ad oppositum, sicut exemplificatur de gravi respectu dorsum, vel defensus, & quiete eius super trahit, materia autem prima ad nullam formam determinata inclinatur, & ideo sub quacunque quieteficit, non violenter, sed naturaliter quieteficit propter indeterminatam inclinationem ad quanumcunq;

QUÆSTIO II.

Secundo quero. Utrum ultimus finis habeat tantum unam rationem fruibilitatis, an in ipso sit aliqua distinctio, secundum quam voluntas possit eo frisi secundum unam rationem,

¶ non secundum aliam.

ET quod sit in eo talis distinctione, probo: quia 1. Eth. c. 7. Amplius autem, quia bonum aquiliter dicunt enti, &c. dicit Philos. & Comm. quod sicut enti, & unum, sunt in omni genere ita & bonum, & specialiter ita loquitur de relatione: ergo relatio habet propriam bonitatem, igitur & propriam fruibilitatem, & per consequens, cum sit ipsa in Deo alia, & alia, ente in Deo alia, & alia ratio fruibilitatis. Praeterea. Sicut unum convertitur cum ente, ita & bonum: ergo cum transferantur ad divina, qualiter transferentur: ergo sicut unum est ibi essentiale, & personale, ita bonum, & bonitas, igitur in Deo sunt tres unitates, sic & tres bonitates, & per consequens habetur propositum. Praeterea. Actus non terminatus ad objectum, inquantum numeratur, nisi objectum, ut est formale objectum, numeretur; sed actus fruenditerminatus ad tres personas, inquantum tres: ergo objectum fruitionis, inquantum objectum formale, numeratur. Probatio minoris, credimus in Deum inquantum trinus: igitur videmus Deum, inquantum trinus, quia visio succedit fidei, secundum totum ejus perfectionem: ergo fruendum Deo inquantum trinus. Ad oppositum (a) in omni ordine essentiialiter est tantu unius primi: igitur in ordine essentiialiter finis, est tantu unus finis, fruendo autem est respectu sui: ergo, &c. Itē, primo essienti correspondet ultimus finis, sed est tantu unam essentiale primam, & sub una ratione: igitur tan-

tentum unus finis. Item, confirmatur ratio, quia tanta est unitas efficientis, quod non potest efficiere una persona, non efficiente alia: igitur finiter tanta est unita finis: sed non poterit una persona finire, alia non finiente, & sic sequitur propositum. Ita etiam secunda ratio confirmatur per Aug. 5. de Trinit. c. 14. Fatendum (inquit) est Patrem, & Filium unum esse principium Spiritus S. ad creaturam vero Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus unus principium sicut unus Creator & unus dominus. Item, sicut in Deo est una maiestas, ita est una bonitas: sed proper unam eius maiestatem, debetur ei tantum una adoratio secundum Dam. 1.1., c. 9. ita quid non convenienter adorare unam personam, non adorando alias: ergo etiam non contingit frui una persona, non fruendo alia, vel alias.

Illa quaestio posset habere quadruplicem difficultatem, secundum quadruplicem distinctionem in divinis. Prima est distinctio effientie a personis. Secunda distinctio personae a persona. Tertia effientia ab attributis. Quarta effientia ab ideo. De tercia, & quarta, modo non dicam, quia non est ostensum, qualis sit ista distinctio, nec utrum ista distinctio pertinet ad frumentum: tamen igitur de duabus distinctionibus primis nunc dicendum est. Et quantum ad istas distinctiones, videndum est prima de frumento viatoris, quantum ad possibiliterum eius. Secundo, de frumento comprehensoris, & hoc loquendo de potentia Dei absoluta. Tertio, de frumento comprehensoris, loquendo de potentia creature. Quarto de frumento comprehensoris, & viatori, loquendo de facto.

De primo dico, quod possibile est viatorum ita effientia, non fruendo personam: & hoc frumento ordinata. Quod probatur, quia secundum Aug. 7. de Trin. cap. 1. Si effientia, relative dicitur, non est effientia, quia Omnis effientia, qui relative dicitur, est aliquid excepto relativis: ex quo concludit, tertio caput. Quapropter si Pater non fit aliquid ad se, non est aliquid quod ad alterum dicatur. Est igitur effientia aliquod obiectum concepitibile, in cuius conceptu non includatur relatio: ergo sic potest concepi a viatore. Sed effientia sic concepta haber rationem summi boni: igitur ex perfectam rationem fruibilis, igitur contingit ea frui, etiam ordinata. Et confirmatur ratio (a), quia possibile est concludi ex puris naturalibus, etiam sumnum bonum, & tamen ex illis naturalibus non connotetur homo Deum, ut triinus est: ergo circa summum bonum, sic cognitum, potest habere aliquum actum voluntatis, & non necessario inordinatum: igitur habebit actum frumentum ordinatum circa effientiam: & non circa personam, ut nos concipiimus personas. Et converso autem non est possibile, quod fruatur ordinata persona, non fruendo effientia: quia persona in ratione sui, includit effientiam. Secundo etiam dico, quod viator potest frui ordinata una persona, non fruendo alia. Quid probo, quia res ipsa triuna personatum sunt articuli distinctioni fidei: poterit enim concepi una persona, cui correspondet unus articulus, non concepido alias personam, cui correspondet unus articulus: & tunc in ita persona concipiatur ratio summi boni: possibile est ergo frui ista persona sic concepta, non fruendo alia. Si dicas, quod posse-

na est correlativa: igitur si concipiatur, & si sit correlativum concipiatur. Respondeo, quod eti cognitio relativi, requirat cognitionem correlativi, non tamen oportet cognoscentes, & fruenter uno relativi cognoscere, & frui suo correlativo: quia possibile est frui Deo in quantum creator, non fruendo creature, que terminat illam relationem. Similiter, licet dicatur Pater relative ad Filium, & ideo non potest intelligi, in quantum Pater sine Filio, non tamē dicatur relative ad Spiritum sanctum, in quantum Pater: ergo possibile esti concipiatur Pater, ut Patrem, & frui eo, non concepido, neque fruendo Spiritu sancto.

De secundo articulo dicuntur, (a) quod non est possibile de potentia Dei absoluta, quod aliquis comprehenserit fruatur effientia, non fruendo persona. Et hoc probatur primo de visione quod scilicet non sit possibile absolute aliquem intellectum videre effientiam, non videndo personam: probatur primo sic. Cognitio confusa est imperfecta; visus autem illius effientie non potest esse cognitio imperfecta: igitur non potest esse cognitio confusa: sed si ester tantum visus effientie, & non persona: estor visus confusa: quia ester visus aliquius communis ad personas, & non illarum personarum, quod videtur inconveniens. Secundo sic: Visus est effientis, ut existens est, & ut praesens est videtur secundum existentiam suam, & in hoc distinguuntur visus ab intellectu abstractivo, quia potest esse non existens, & vel existens, non inquantum in se praesens. Et est in intellectu ista distinctio, inter intellectum intuitivum, & abstractivum, sicut in persona sensitiva est distinctio inter actum visus, & actumphantias. Illa autem cognitio effientia divina est intuitiva: ergo est existens, ut per se existens est, & in existentia praesens virtuti cognoscendi. Non existit autem effientia, nisi in personis: ergo non potest esse visus eius, nisi in persona. Item, non potest aliud cognosci cognitione intuitiva, in quo sunt aliquae plura distincta ex naturae, nisi etiam illa distincte videantur. Exemplum, albedo non videtur distincte, nisi videantur omnes partes eius, que sunt in basi pyramidi, que partes distinguuntur ex natura rei, igitur non distincte videatur effientia, nisi etiam videantur personae. Ex his arguitur ad propositum, quantum ad secundam distinctionem, scilicet personatum inter se, quia si non potest videri effientia nisi in persona, & non magis videatur in una persona, quam in alia: quia aqua immediate videtur: sed habere ad quamlibet personam: ergo non potest videri, nisi videatur in qualibet persona, & ita non videatur in una persona, nisi videatur in alia. Ulterius etiam arguitur ad propositionem, quantum ad frui, quia voluntas non potest magis abstrahere obiectum suum, quam intellectus ostendere: igitur si intellectus non potest distincte ostendere effientiam sine persona, vel unam personam sine alia: ergo nec voluntas poterit distincte frui. Hoc etiam confirmatur sic: Quia voluntas non potest habere actum distinctum circa obiectum ex parte objecti, nisi ponatur distinctio in objecto, vel re, vel ratione: sed si intellectus apprehendit indistincte effientiam, & personam, non erit distinctio ex parte objecti, nec rei, nec rationis: ergo voluntas non potest habere ibi actum distinctum ex parte distinctionis in objecto pri-

primo. Quod non rei, pater: quod nec etiam rationis, probo; quia intellectus non distincte apprehendit hoc, vel illud: igitur nec distinguere hoc, & illud. Ex parte fruitionis arguitur sic. Fruito quietat fruente, sed una persona non perfecte quietat sine alia, nec conscientia una persona, qui tunc potentia quietata in illa, non poterit alterius in alio quietari quia ultimata quietat, non est ulterius quietabile; & per consequens, illa potentia non poterit alterius quietari in alia persona, nec frui ea: quod falsum est. Item, si quietaretur, in una persona sola, & pater, quod potest frui alia: vel igitur fruio istius personae, potest esse cum fruione alterius, vel erunt incompensabiles ita, quod una non erit cum n alia. Si primo modo, ergo duo actus ejusdem speciei erunt in eadem potentia simul, quorum uterque excedat capacitas illius potentiae, quod est impossibile. Si secundo modo, igitur neuter actus est trujo, quia neuter actus poterit esse perpetuus. Item mensura imago Trinitatis: ergo non potest quietari nisi in Trinitate, ergo nec frui aliquo ordinatus, nisi Deo Trino.

Quam ad istum articulum de potentia absoluta Dei, non video contradictionem, quin possibile sit ex parte intellectus, & voluntatis, quod utriusque actum terminet essentiam, & non personam; vel una persona, & non alia, puta, quod intellectus videtur silentium, non personam, vel unam personam, & non aliam: & quod voluntas fruatur essentia, non persona; vel una persona, & non alia. Hoc persuaderet sic.

Pater prius (a origine, quam genitus Filius) est perfecte beatus, quia nulam generationem sibi invenirecam habet a persona producta: Beato enim est perfectione intra se ipsius persona beat. Sed si in illo priori est Pater perfecte beatus: igitur in illo priori habet obiectum perfecte beatitudinis. Non videtur autem in illo priori habere essentiam communicantem tribus, ut obiectum sed in essentiam adiungit, vel sufficientem, ut est in una persona pacific: ergo non est deratione essentia, ut est obiectum beatitudinem, quod beatificat, in quantum est communica ta tribus: & ita non videtur contradicatio, sicut quantum ad fruitionem, sive quantum ad visionem. Respondet, quod Pater habet essentiam, ut in tribus personis pro obiecto, & tamen primo secundum originem, quia ex se habet illam essentiam obiectum sibi, & hoc est esse prius origine. Non est enim illi prioritas aliqua secundum quam obiectum sibi essentia, ut est in una persona, non ut in alia, sicut nec ipsa in aliquo priori naturae obiectum uni persona, & non alii, sed tantum unius obiectum ex se, alii non ex se. Contra & qualiter persona intelligit formaliter intellectus, ut est in ipsa, non ut in alia, nec ut est in tribus, ut patet ex 15. de Trinitate. cap. 9. Qualiter persona intelligit sibi ipsi: igitur ita videtur, quod qualiter intellectus perfecte per se intelligendo essentiam, ut est in formaliter: igitur perfecte intellectus, que est beatifica: non necessario ex se requirit essentiam, ut in tribus. Proba tio prima consequenties non minus ad intellectum requiritur intellectus, quam intellectus: igitur in perfecte intelligentem ex se non minus requiri-

a Nota, quod Doctor in originali suo cancellavit totam istam litteram, supra quam vides extra, & continuavit sic. Hoc persuaderet sic. Atius omnis habens primatum obiectum, & C.

requiritur, quod habent in se obiectum, ut formaliter intelligibile, quia quod habet in se obiectum ex se, ut quo intelligatur, Contra major ratio, quia si Pater intelligibilis beatifica visione efficiam, ut in Filo: igitur aliquid quod recipere a Pater, vel ab aliquo, ut in Filo. Consequens probatur, per argumentum Phil. 12. Merito quo probatur Deus non intelligibilis aequaliter a se, quia tunc videatur eum intellectus, quia perfectum recipere ab intelligibili: igitur ita hic: immo quod est maius inconveniens, perfectum simpliciter, puta visionem beatissimam, quod recipere Pater a tribus personis, ut obiectis, vel ab aliquo, ut in tribus. Et tunc videatur sequi duo absurdum. Primum quod non omnino perfectum habet Pater a se, & sic non est prius origine. Aliud, quod non omnis perfectus simpliciter, & essentia, fit aliquo modo prior prioritatem, sed aliquid quod posterior ipsi per sonis, puta illa quia est ab obiecto, ut in tribus, &c. Prosternit. Si intellectus, ut non in se, sed ut in aliquo producitur, esset principium beatitudinis Patri, Pater non est beatus a se: ergo si essentia, ut in producitur, esset per se obiectum beatitudinis, Pater non est beatus a se. Consequens probatur, quia obiectum non minus requiritur ad beatitudinem, quam intellectus. Respondeo, Obiectum requiritur, ut present, non ut inexistent: intellectus requiritur, ut existens, quia co-formaliter intelligit Pater, non sic ob obiecto. Hoc patet, quia nullus est beatus, nisi intellectus inexistens: est autem aliquis beatus obiecto non in existente, & est naturaliter beatus, si naturaliter habet obiectum praesens, licet non in existente: non ita autem de intellectu. Contra: Quandoque autem aliquid est a te alegeri tales, & per impossibile quotidie aliud non est. Item, Pater non recipit aliquid vel ab aliquo, ut in Filo, sicut ab obiecto beati usi dicitur quia quod est a lege non requirit aliquid nec esset alii esse, quod non est a se. Et hoc tamia necessitate, quam a dependens requirit illud a quo dependet. Hec ratio bene conclusi, quod Pater, non tantum ex parte intellectus, sed ex parte obiecti habet a se undique beatus, & per consequens essentiam, ut essentia beatificans non tamen, ut in tribus, quia ita requiritur obiectum praesens a se, sicut intellectus: ergo breviter in summa a se beatus est Pater utroque modo: scilicet intellectus, & essentia. Quia facte entrembrum. A se beatus est Pater, ergo habet obiectum beatificans, ut beatificum a se: ergo non habet illud, ut in tribus, pro ab celo: quia tunc, ut in Filo, per se quod ageret ad beatitudinem Patri. Respondeo, comparando essentiam, ut essentia est, primatum obiectum beatificum ad Patrem, sicut simile necessario beatificetur cum tribus: ita etiam necessario simile cum tribus intelligit creaturam non tamen ab eis, Filio scilicet, & Spiritu Sancto recipit intel legitionem carum, sed ab essentia, tanquam ab obiecto, quam habet a se: ita comparando essentiam divinam ad intellectum creatum, potest esse obiectum primatum sine secundo obiecto.

Modus ponendi (a) est iste. Atius omnis habens primatum obiectum, a quo essentia dependet, & obiectum secundum, a quo essentia non dependet, sed tendit in illud virtute primi, licet non possit manere

a Ponit modum sustinendi suam sententiam.

idem actus, nisi habeat habitudinem ad primum objectum, potest tamen manere idem sine habitudine ad secundum objectum, quia ab eo non dependet. (a) Exemplum: idem est actus visionis existentia divina, & aliarum rerum in silentia: sed essent in se est primum objectum; res vise, secundum objectum. Non posset autem manere eadem visio, nisi esset ejusdem essentia, posset autem manere, absque hoc, quod essent res visa in ea. Sicut igitur Deus, absque contradictione, potest cooperari ad actum illum, in quantum tendit in primum objectum, non cooperando in ipsum, in quantum tendit in secundum, & tamen est actus idem: ita sine contradictione potest cooperari ad visionem essentiae, vel fruitionis, quia essentia habet quasi rationem primi objecti, non cooperando eidem actu visionis, vel fruitionis, in quantum tendit in personam: & ita in unam, quod non in aliam, quia personae habent rationem objecti, quasi secundari.

Per hoc ad argumenta. Cum primo dicitur de visione confusa, dico, quod universale in creaturis dividitur in suis singularibus, hoc autem quod est dividi, imperfectio est: idem non competit ei, quod est communis in Deo, immo essentia divina, qua de se est communis personis, est de se hec: ideo igitur est cognitio aliquorum universalium abstracta a singularibus, confusa, & imperfecta: quia objectum est confusum, divisionum in illis, que in illo confuse concipiuntur. Hec autem cognitio, essentia divina distinguit eis, quia est, objectum, quod est de se hec, & tamen non poterit in illo distincte concepto personam distincte concepi, quia illud non est primus terminus visionis, vel fruitionis, ut dictum est.

Ad secundum: cum dicatur de essentia existente. &c. Dico, quod necessarium est terminum visionis esse existens, in quantum existens: non tamen operari, quod subsistens, id est, incomunicabilis existentia, sit de ratione termini visionis: Essentia autem divina est de se hec, & actu existens, licet non includat de sua ratione incomunicabilem subsistentialiter: & ideo ipsa, ut hec, potest terminare visionem, absque hoc, quod videantur persona. Exemplum, album videtur intuitive, in quantum existens, & praesens visu secundum existentiam suam: non poterit tamen album videri tanquam subsistens, vel in quantum haber rationem suppositi: quia non habet rationem suppositi, nec suppositum, in quo est, videtur. Ad formam argumenti patet, quod licet non sit visus, nisi existens in quantum existens, & non est existens, nisi in persona, non sequitur: igitur est existens, in quantum in persona est: sed tantum dicitur inferri, quod est subsistens, vel existens in subsistente.

Ad tertium dico, quod prima propositione est falsa, nisi quando in illis ex natura rel distinguitur, ipsius primum visum distinguuntur, sicut pars in exemplo raro de basi pyramidis. Nam albedo, & album visum, distinguuntur in partes, in quibus videtur, & ideo non distincte videtur album, nisi illae partes, in quibus distinguuntur album visum distincte videntur. In proposito autem estis personae ex natura rei distinguantur, tamen essentia visu non distinguuntur in eis: quia est de se hec, ideo potest

est distincte videri sine illis visis: quia subsistunt in ea. Ad aliam deductionem ulteriorem de voluntate, eti non oportet respondere, quia antecedens est fallatum, & iam negatum: tamen quia consequentia non videtur necessaria, potest respondere. Cum dicit quod voluntas non plus abilitabit, quam intellectus ostendit. Dico, quod intellectus potest ostendere aliquod objectum primum voluntati, & in isto primo objecto ostendere potest aliquod per se objectum, sed non primum, & vocatur hic objectum primum, totum illud ad quod terminatur actus, & objectum per se, quod includitur per se unitive in objecto terminante primo. Utique autem ratio ibi ostensa, sufficit ad hoc, quod voluntas habeat actum suum circa illud. Non enim oportet, quod voluntas velit totum primum ostendam, sed potest velle illud, quod ostenditur in illo ostensor, & etiam non velle Exemplum ponitur tale. In Episcopatum ostendit in Sacerdotium, tali ostensione sufficit ad hoc, quod voluntas habeat velle, velle nolle circa Sacerdotium, ita quod ex tali ostensione, possit habere velle circa Episcopatum, & non circa Sacerdotium: tamen non est nisi una ostensor, & ostensor unus objecti primi, in quo tamen includitur aliiquid, ut per se objectum. Dico tunc, quod voluntas non abstrahit ipsius a parte particulari, vel singulari, sed voluntati ostendit nolle plura objecta per intellectum, qui est aliquorum plurium inclusorum in primo objecto, quotum utrumque, ut ex ostensorum, potest voluntas, velle, vel non velle. Ad confirmationem, cum dicatur, objectum, aut dicitur, a ratione. Dico, quod distinet ratione. Et cum probatur, quod non, quia intellectus non distinet conceptus hoc ab illo. Dico, non oportet ad distinctionem rationis, quod intellectus habat at illo sicut objecta distincta, sed sufficit quod in primo objecto concipiatur aliiquid.

Ad aliquid, quod postea dico, quod Patr. acerbas queritur in essentia sua, ut est in se: non etgo sequitur, ergo non potest queritur in essentia sua, ut est in filio, vel spiritu sancto: immo queratur in essentia sua, ut communicari est eis, & hoc radice queritatio, qui queritur in essentia, ut est in se. Quod enim qui erat primo in aliquo objecto, queratur in illo in quoquecumque est secundum illam modum: ita hec, si beatus prius fruatur essentia, postea persona, non queratur ulterior queritatio, quoniam prius queritur: sed eadem queritatio, in quantum objectum queritur terminat, ut in aliquo, & prius non terminabitur, ut in illo. Per hoc ad ultimum argumentum dico, quod non erunt ibi duo actus, quia quicunque actus est ibi fruitionis, vel visus, est objecti primi sub una ratione formalis: sed iste actus unus potest esse objecti per se, virtute primi objecti: vel potest esse tantum ipsius objecti primi, nec ergo erunt duos actus quidam simul in specie sensibili, nec successivi.

ad illud de imagine responsione quae est. (a) Potest dici quod concludit de factu regularitate, & de potentia ordinata, licet oppositum efficer de potentia. Dicitur obiecta. Vt dicitur, quod consequentia non valit, quia si et Dicitur Trinitas voluntas fruatur, non tamen ut Trinitas. Quare infra solvendis, principali busus questionis, T supra contra opinionem Aetii, q.t. busus distin. & alibi uscire, ad illud motum cum imagine. F 4

Quantum ad rectius articulum de potentia creature, dico, quod intellectus non potest de potentia sua naturali videre voluntatem, non videntio personas. Quia cum intellectus agit quantum potest; ergo si objectum expatii fu agit, manifestando tres personas intellectus, non est in posse state intellec*tus*, ut videat aliquid ostensum, & aliquid non videat.

Similiter non est in potestate voluntatis ordinata frui sic, non fruenter. Sic: quia sicut non est in potestate voluntatis ordinata manens, ut non fruatur. (Si enim non fruenter non impedita, in hoc peccator, & meritorum non frui) ita non est, in potestate voluntatis, ut ordinata fruatur aliquis, & non fruatur quoconque potest frui; & ideo non est in potestate voluntatis ordinata manens, sub aliqua ratione non frui, sub qua potest frui.

Sed (a) de potestate ab aliata voluntatis est magis dubium: tamen illi potest dico, quid non est in potestate voluntatis frui sic, & non frui sic, quia licet in potestate voluntatis sit ut aliquis actus ponatur in esse, vel non ponatur: tamen non est in potestate eius, ut alius positus in esse, habeat illam conditionem, vel non habeat, que naturaliter competit actui ex ratione objecti. Contra: Quidquid non necessario concomitant actu, est in potentia voluntatis elicentium illum. Vel sic: Quocunque non necessario simus respiciuntur ab aliis voluntatis, nec etiam ab ipsis, ut eliciti actu. Vel sic: Quocunque separari possunt, ut terminant actu voluntatis, possunt etiam separari respectu potestu*s* ut eliciti actu. Exemplum, licet in potestate voluntatis si elicere actu peccati, vel non elicere: tamen si actus positus in esse habeat conditionem ex natura suorum, vel non est in potestate voluntatis, ut actus sic positus in esse, vel non sit ordinatus: actus autem fruenter, quantum est ex natura sui primi objecti, naturaliter est, ut secundum per personam in essentia: quia non ponendo aliquod miraculum ex parte objecti: erit de trium, ergo non videatur esse in potestate voluntatis, ut actus positus in esse, si essentia, ut in tribus, vel non ut in tribus. Si dicas quod ista ratio concludit, quid non est in potestate Dei, ut actus sit essentia, & non trium personarum. Dico, quod non sequitur: nam actus aliquis elicetur est in potestate Dei, quantum ad aliquam conditionem, que naturaliter sibi competenter ex objecto: & tamen non est in potestate creature quantum ad illam conditionem. Exemplum, in potestate Dei est, ut actus elicitus a voluntate peccante referatur ad Deum, quia Deus referit illum actu ad se: non tamen est in potestate voluntatis, quando positus est in esse, ut illo utatur ad Deum, quia illo alio fruatur creature: non potest autem simul eodem actu ut ad Deum & frui alio a Deo. Exemplum istud non videatur bonum, quia actus iste peccantis, referatur ab una potentia, non ab alia. Dimittimus exemplum illud, & tenemus ratio, quia accidenti necessario conueniens actu positum, potest non inesse, manens actu, & hoc sub*s* voluntatis divine, non autem voluntatis creature elicentium actu. Ita dicatur de conditione, quam actus natus est haberet respectu objecti secundarii, necessario, quan-

quatum est ex se, non ramen essentialiter, ideo sabet voluntati divisione, ut illa conditio non inest. Contra: Quidquid non necessario concomitant actu, est in potentia voluntatis elicentium illum. Vel sic: Quocunque non necessario simus respiciuntur ab actu voluntatis, nec etiam ab ipsa, ut eliciti actu. Vel sic: Quacunque separari possunt, ut terminant actu voluntatis, possunt etiam separari respectu potentias, ut eliciti actu.

Quantum ad quartum articulum de facto, dico quod de facto erit una fructu*s*, & una visio essentiae in tribus personis. Hoc dicit Augustinus de Trinitate c. 10. in fine, quia neuter sine altero ostendit potest, & loquitur de Pare, & Filio quod intelligendum est de potentia ordinata, & de qua loquutus est Philippus, volens Patrem nisi ostendendi, quasi potuisse de facto vidisse Filium sine Pare, ut Augustinus tractat ibi de verbis Philosophi, & de Iaponione Christi. Hoc etiam videt Augustinus c. 15. de Trinitate c. 6. Omnesque inquit scientiam nostram uno simul & complicitu forte videbimus. Et quod dicit, forte, non referunt ad objectum beatitudinem, sed ad alia videnda in eo. Similiter dico de viatore, quod de facto fructu*s* habituatus ordinata, necessario simus ut trium personarum, licet aliquid non actualis. Nullus enim viator nec comprehendor, ordinatus potest frui una persona, non fruenter alia, hoc est, nisi habituatus fruatur alia, hoc est, quod ut in proxima dispositione fruendi alia, si distingue illa concipiatur ab illo: & ideo non habet fructu*s* unius persona cum odio alterius persona; quia sicut dicit Salvator in Joan. c. 15. Qui me odit, & patrem meum odit.

Ad argumenta principalia. Ad primum de i. Evidet, dico, quod Bonum uno modo converritur cum ente, & ita modo bonum potest ponit in quolibet genere: sed bonum, ut sic, non habet rationem objecti fruibilis, & ideo non oportet quod in quocunque sit bonum, hoc modo sumptum, quod fit ibi propriate causa objecti fruibilis. Ratio enim boni fruibilis, non est ratio boni in communi, sed boni perfecti, quod est bonum non habens defectum, vel falso secundum apparentiam est tale, vel secundum praefinitionem voluntatis, qualis non est relatio. Ad secundum dicitur, quod illa, que uniformiter respiciunt essentiam, & personam, tantum sunt celestialia: sed quae tantum convenienter personae, sunt praecise personalia: quae autem sub alia ratione respiciunt essentiam, & sub alia ratione personalia, sunt essentialia, & personalia: Primo modo se habet bonum, secundo modo se habet personalitas, tertio modo se habet unum: quis indiviso sub una propria ratione pertinet ad essentiam, & sub alia propria ratione pertinet ad personalia.

Sed contra, istius causam querit argumentum. Arguit enim cum haec duae videantur esse reges convertibilia cum ente, & ad divina transuersa, quod equaliter utrumque erit essentia tantum, vel utrumque essentialia, & personalia.

